



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LXXV. Markgraf Otto vereignet dem Lebuser Domstifte einige Seen, am
13. Juli 1373.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](#)

Vbunge oder von Gewohnheit, als sie das haben von Kauffe, Gunste oder von Gnaden, es sei an Eigenthumb, Lehen oder Erbe, an Gerichten, an Grenzen, Wassern vnd an Wegen, bei den allen vnd iglichen befundern willen wir sie lassen vnd festiglich halten. Auch geloben wir, die ehge-nante Marggreuinne Catherina, das wir den ehegenanten vnfern Steten Frankenwoerd, Munchenberg vnd Drossen, allen Borgern gemeinlich vnd iglichen befunder vnd allen Rittern, Knechten vnd allen Landfassen, in den vorgenannten Voigteien gefesen, vnverbrechlich zu halden alle briue, handuesten vnd privilegia, do ihn von Herren der Margk, die von besitzunge des Landes vnd der oft genannten Stete gewesen sein, Eynunge, Freiheit, Gnade oder Gerechtigkeit, Gemach, Nutze, Ehre oder Bequemlichkeit, Eigenthumb, Lehen oder Erbe inne vorbriuet ist, die wir alle mit craft dieses briues kreftiglich bestetigen, volworten vnd confirmiren in allen den Meinungen, Sinnen vnd Artikeln, die do inne begriffen sein, zu halden vnd genzlich zu volziehen vnd in der besten gestalt vnd forme nicht zu engen, sunder zu besfern vnd zu mheren. Des zu Vrkund vnd steter Warheit ist vnser Insigel an diesen offenen briue gehangen, der geben ist nach Gotes geburt dreizehen hundert Jar vnd darnach in dem sieben vnd sechzigsten Jare, an des heiligen Christus auende.

Nach Gerken's Codex VI, 580.

LXXV. Markgraf Otto vereignet dem Lebuser Domstifte einige Seen,
am 13. Juli 1373.

Nos Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, Sancti Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bauarie Dux, Notum facimus tenore presentium uniuersis, quod ob laudem et honorem omnipotentis Dei, sue gloriose genitricis virginis Marie et omnium Sanctorum diuinique cultus augmentum, quem nostris temporibus desideranter affectamus augeri, Honorabilibus Preposito, Decano, Archidiacono ac toti capitulo ecclie Lubucensis, deuotis nostris dilectis, appropriauimus et donauimus, appropriamus presentibus solenniter et donamus stagna et aquas infrascriptas Trepelin magnum et paruum, Hogenjezer, Modeliz, Erchow et Deme cum jure piscandi in Sprella prope Fürstenwalde per medium milliare infra et super, cum Piscatoris, piscibus, fructibus exinde deuenientibus uniuersis, cum omnibus juribus, commodis, honoribus, gratiis, libertatibus ac pertinentiis, quibus strenui Hermannus de Wulkow, miles, et Hermannus, residens in villa Trampe, patruus ejus, fideles nostri dilecti, dictas aquas hucusque a nobis in pheudum tenuerunt, a quibus etiam Hermanno et Hermanno Prepositus et Capitulum Lubucense predicti easdem aquas pro sua parata pecunia compararunt, quas etiam libere et spontanea voluntate ad dictorum prepositi et capituli Lubucensis usum coram nobis et nostro consilio resignarunt, nihil ipsis aut eorum heredibus in predictis aquis, piscaturis et earum usibus penitus referuant, in antea a nobis justo proprietatis titulo ad habendum, fruendum quiete, pacifice et absque impedimento quorumlibet perpetue possidendum, renunciantes pro nobis, heredibus ac succendoribus nostris omni juri, actioni et impetioni, quod vel que nobis in premillis stagnis, aquis, piscaturis

ac singularum earum pertinentiis competit, competit aut competere potuit quomodolibet in futurum, volentes supra dictam donationem et appropriationem in antea perpetuis temporibus inuolabiliiter obseruari. In cujus rei evidentiam sigillum nostrum majus duximus presentibus appendendum, testibus reuerendo in Christo Domino Petro, dicte ecclesie Lubucensis Episcopo, ac strenuis Hassone de Vichtenhagen, Aduocato nostro, Ottone Grif, Camere nostre Magistro cum Ottone militibus, et Hinrico de Schulenburg cum ceteris pluribus fidei dignis. Datum Frankenuorde, anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, die . . . Margarethe virginis.

Nach dem Originale des Geh. Staatsarchives in Gerken's Cod. IV, 575, jedoch mit dem falschen Datum 1370.

Argentum utr. sive in monitione hoc notandum, argentea ducitatae vixit istius secundum
istius in hac monitione ex ducib[us] hoc notandum ut non nullum sive in eis medietate hoc notandum
tunc ex eis monitione ex hoc notandum ex ducib[us] sive in monitione ex hoc notandum hoc notandum
est in alio in notandum non cognoscendis sive notandum ex legib[us] tunc in monitione in notandum hoc notandum
notandum est in eis notandum ex legib[us] tunc ex ducib[us] hoc notandum notandum

LXXVI. Bischof Peter von Lebus beschließt mit seinem Capitel, den Sitz des letztern nach Fürstenwalde zu verlegen, am 9. September 1373.

Petrus, dei et apostolice Sedis gratia Episcopus Lubucensis, honorabilibus et discretis viris . . . preposito, Decano totique Capitulo ecclesie nostre Lubucensis salutem etc. — Sane cum olim tempore tranquilitatis et pacis ecclesia cathedralis Lubucensis in Goricia prope Frankenkuorde quasi in campus fuerat locata, ac tunc per ciues Frankenuordenes funditus et totaliter destructa et demolita, propter quod lis et contiouersia inter presatos ciues parte ex una et Episcopos, predecessores nostros, ac capitulum Lubucense parte ex altera, aliquamdiu in Romana Curia vertebatur, ac postmodum discordia et lite hujusmodi sopita per olim felicis recordationis Henricum, Episcopum Lubucensem, predecessorem nostrum immediatum, in monte campestri prope castrum Lubus, quem quidem montem nullas hominum inhabitat, iterum ecclesia Lubucensis cathedralis ex argilla et luto fuit edificata, omni munimento et muro carens et firmitate, que etiam postea tempore guerrarum et discordiarum ob frequentem concursum predonum nostris temporibus, quod dolenter referimus, in nichil est redacta, ymmo nuper de anno domini M°. CCC°. septuagesimo tercio, mense Julii, die XXII., castro nostro Lubus predicto per imperiale majestatem expugnato captis in eodem honorabilibus viris Johanne, Custode, Joh. de Kotbus, canonico ecclesie nostre Lubucensis predicto, et nonnullis nostris et ecclesiæ vasallis, officialibus et ministris, ipsisque crudeliter spoliatis, edificiis nichilominus ac dominis prelatorum, canonicorum, vicariorum et ministrorum ipsius ecclesie igne penitus concrematis et omnino funditus destructis, ciuitatella insuper ab alia parte dicti castri sub monte predicto una cum allodiis, villulis et vinetiis circumiacentibus penitus desolata. Ipsa quoque ecclesia cathedrali et altaribus ejus inhumaniter violatis, in stabulum jumentorum fuit et est commutata, ita quod nec prelati nec canonici nec vicarii in loco predicto una cum rebus ipsorum et ecclesiæ securè aliqualiter valeant permanere. Nos igitur Petrus Episcopus sopradictus una vobiscum ac aliis prelatis et canonicis totoque capitulo ecclesie nostre Lubucensis predicte propter hoc specialiter vocatis et in generali capitulo capitulariter congregatis, tractatu defuper diligent et deliberacione matura prehabita, considerantes, quod vos et alii prelati ac canonici, nec non vicarii et alii ministri in ecclesia cathedrali necessarii circa prefa-